Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



sunt de me finem habent. Et illi dixerunt
Dne ecce duo gladii hic. Et ille dixit eis.
Satis est. Et egressus ibat secm̃ consuetudinem
in montem olivarum secuti sunt eum illum et
discipuli. Et cum pervenisset ad locum dixit illis
Orate ne intretis in temptacoem. Et ipse au
ulsus est ab eis quantum e iactus lapidis et
positis genibus orabat dicens. Pat. si vis
transfer calicem istum a me. Verumtamen
non mea voluntas. sed tua fiat. Apparuit autem
illi angelus de celo confortans eum. Et factus in ag
onia prolixius orabat. et factus est sudor eius sic
ut gutte sanguinis decurrentis in terram.
Et cum surrexisset ab oracione venit ad dis
cipulos suos invenit eos dormientes pre
tristicia. Et ait illis. Quid dormitis. Surgite
orate ne intretis in temptacoem. Adhuc eo
loquente. ecce turba. et qui vocabat iudas
unus de duodecim ante cedebat eos. et adp
inquavit ihu ut oscularetur eum. Ihs autem
dixit illi. Juda. osculo filium hominis tradis.
Videntes autem hi qui circa ipm erant quod fu
turum erat dixerunt ei. Dne si percutimus in
gladio. Et percussit unus ex illis. servum principis